



Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Thomæ A Kempis Can. Reg. S. Augustini. De
Imitatione Christi Libri Quatuor**

Thomas <von Kempen>

Augustæ Vindel., 1772

Caput XIX. De tolerantia injuriarum, & quis verus patiens probetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45780](#)

fieret, si tantum lumen ad sequendum te non haberemus?

C A P U T X I X.

*De tolerantia injuriarum, & quis
verus patiens probetur.*

1. **Q**uid est, quod loqueris, fili Cessa conqueri, considera mea, & aliorum Sanctorum passione Nondum usque ad sanguinem restisti.

Parum est, quod tu pateris, in comparatione eorum, qui tam multa passi sunt, tam fortiter tentati, tam graviter tribulati, tam multipliciter probati, & exercitati.

Oportet te igitur aliorum graviora ad mentem reducere, ut leviores tua minima.

Et si tibi minima non videntur, vide, ne & hoc tua faciat impatientia.

Sive tamen parva, sive magna sint, stude cuncta patienter sufferere.

2. Quanto melius ad patiendum te disponis, tanto sapientius agis,

& am
leviu
gnite

Ne
homini
mihi
tulit
quæ
alio
l
vider

Inf
virtu
nec a
gis p
perpe

3.
non
fuerit

Ve
dit a
suo,
riori
ro, v
ercea

Se

& amplius promereris, feres quoque levius animo & usu ad hoc non segniter paratis.

Nec dicas: Non valeo hæc ab homine tali pati, nec hujuscemodi mihi patienda sunt: grave enim intulit dampnum, & improperat mihi, quæ nunquam cogitaveram: sed ab alio libenter patiar, sicut patienda videro.

Insipiens est talis cogitatio, quæ virtutem patientiæ non considerat, nec a quo coronanda erit, sed magis personas, & offensas sibi illatas perpendit.

3. Non est verus patiens, qui pati non vult, nisi quantum sibi visum fuerit, & a quo sibi placuerit.

Verus autem patiens non attendit a quo homine, utrum a Prælato suo, an ab aliquo æquali, aut inferiori: nrum a bono, & sancto viro, vel a perverso, aut indigno exercetur.

Sed indifferenter ab omni crea-

L 4 sur*

sequen-
E quis
r.
is, fili
nsiderau
passione
inem re
eris, in
am mul
tentati
multipli
gravio
t levius
ntur, vi
tientia.
magna
sufferre
tiendum
s agis,
&

tura quantumcumque, & quotiescumque ei aliquid acciderit, totum hoc de manu Dei gratanter accipit, & ingens lucrum reputat; quia nō apud Deum, quantumlibet parvum pro Deo tamen paſſum, poterit sine merito transfire.

4. Esto itaque expeditus ad pugnam, si vis habere victoriam.

Sine certamine non potes venire ad patientiæ coronam.

Si pati non vis, recusas coronam.

Si autem coronari desideras, certa viriliter, sustine patienter.

Sine labore non tenditur ad requietum: nec sine pugna pervenitur ad victoriam.

Fiat Domine, mihi possibile per gratiam, quod mihi impossibile videtur per naturam.

Tu scis, quod modicum possum pati, & quod cito dejicior levi ex urgente adversitate.

Efficiatur mihi quælibet exercitatio tribulationis pro nomine tuo amabilis,

bilis, & optabilis; nam pati, & ve-
xari pro te, valde salubre est animæ
meæ.

C A P U T XX.

*De confessione propriæ infirmitatis,
& hujus vitæ miseriis.*

I. **C**onfitebor adversum me inju-
sticiam meam: confitebor tibi
Domine infirmitatem meam.

Sæpe parva res est, quæ me dejicit,
& contristat.

Propono me fortiter acturum: sed
cum modica tentatio venerit, magna
mihi angustia fit.

Valde vilis quandoque res est,
unde gravis tenatio provenit.

Et dum puto me aliquantulum tu-
tum, cum non sentio, invenio, me
nonnunquam pæne devictum ex leví
flatu.

2. Vide ergo Domine humilitatem
meam, & fragilitatem tibi undique
notam.

Miserere, & eripe me de luto, ut non
infigar, nec permaneam dejectus us-
quequaque.

L 5

Hoc